

loquendo dicat, quod eo elapso actor, vel accu-  
rator amplius non audiatur, quia tunc non requi-  
ratur alia sententia interlocutoria (ita eleganter  
Angel. in d. l. quando, la 3. ff. de acquir. hered.  
idem Angel. in l. Titia ff. de accusat. & ante eum  
Bart. in l. de mancipiorum, ff. optio. de leg. Bald.  
in l. si eo, Codic. qui accusat. non poss. fin. colum.  
idem Bald. in d. l. si eo tempore, Codic. de remis.  
pignor. & tenet singulariter Salycet. in d. l. si ea,  
Codic. qui accusat. non poss. 3. celum. num. 9. Item  
adde, quod prædictis non servatis, pars contra  
quam impositum fuit silentium potest appellare,  
quia censetur sententia interlocutoria habens vim  
diffinitivam, cum postea alio remedio non possit  
reparari, ita probat textus in l. Titia, ff. de accusat.  
& ibi Bart. communiter Doctores.

Nota. 2.

26  
Absolutus  
à iudice  
per senten-  
tiam diffini-  
tivam, an possit  
iterum ac-  
cusari.

Item quæro, si iudex processit ex officio contra  
aliquem, & diffinitivè fuit absolutus, an de  
illo delicto amplius possit accusari? in quo articulo  
breviter dico, quod si accusator extraneus  
postea veniret, vel iudex ex officio iterum velit  
inquirere, nullo modo possit, nisi doceat de præ-  
varicatione primi accusatoris, vel iudicis, tes-  
tium, vel tabellionis, textus est, in l. 3. ff. de  
prævar. textus in leg. 3. §. si tamen plures, ff. de  
hom. exhib. textus in l. si quis homicidii, lib. Cod.  
de accusat. textus in cap. 1. & fin. de collus. dete-  
genda, & utrobique communiter Doctores. Cujus  
ratio est, ne sæpius de ejusdem hominis admisso  
queratur, ut in l. penultima, §. fin. ff. nauta. cau-  
po, stabul. & talis collusio potest ex indicis, &  
conjecturis probari, textus est in l. quia autem,  
§. non simpliciter, ff. si quis omis. caus. testam. &  
facit textus in l. dolum, Codic. de dolo. Si verò  
secundus accusator, qui postea venit, sit de illis,  
qui prosequuntur suam, vel suorum in iuriam,  
bene admittitur, licet non doceat de prævarica-  
tione, si habuit ignorantiam de prima accusatio-  
ne, vel inquisitione, vel fuit aliàs iuste impedi-  
tus, textus est notabilis in l. si cui, §. iusdem, ff. de  
accusat. textus in l. si maritus, §. si ante, ff.  
de adul. & per illa jura tenet Glossa ordinaria in  
l. 3. §. si tamen, ff. de lib. hom. exhib. Gloss. in l.  
qui de crimine, Cod. de accus. Glossa in l. si quis  
homicidii, eodem titul. & utrobique communiter  
Doctores, ubi etiam concluditur, quod si talis  
accusator superveniens erat præsens, præsumit  
scientiam, aliàs non, sed hodie sufficit, quod  
juret se ignorasse, & non pervenisse in ejus noti-  
tiam, ita disponit l. 1. tit. 1. 7. part.

27  
Reus con-  
demnatus  
diffinitivè  
iterum ac-  
cusari non  
potest.

Qualitas  
aggravans  
delictum  
omissa po-  
teat ab alio  
proponi.

Nota. 1.

Item quæro, si reus accusatus est condemnatus  
de aliquo delicto per sententiam diffinitivam, an  
postea de eodem delicto possit accusari? & reso-  
lutive dico quod non, modò accusetur ab eo-  
dem primo accusatore modò ab extraneo, tan-  
quam uno de populo, modò ab eo qui prosequit-  
tur suam, vel suorum injuriam, modò per iudi-  
cem ex officio, textus est in l. sepulchri violati  
actio, ff. de sepul. violat. Item juxta prædicta  
quæro, si in prima accusatione, & processu est  
omissa aliqua qualitas, quæ aggravat delictum  
& auget poenam, an ratione hujus qualitatibus  
possit delinquens accusari ab alio de novo; &  
certè articulus est notabilis & subtilis, in quo re-  
solutivè dico, quod si secunda accusatio propo-  
nitur, cum illa qualitate ante litem contestatam  
in prima accusatione, tunc indistinctè iudex de-  
bet eam admittere, & idem est, si proponatur post  
litem contestatam, quia secunda accusatio tan-  
quam gravior & præjudicialis, & comprehensiva  
omnes circumstantias delicti debet præferri, argu-  
mento textus in l. 2. §. fin. ff. de adulter. textus

in l. 1. Cod. qui accusat. non poss. textus in l. per  
minorem, ff. de iudic. & tenet magistratraliter Bar-  
tol. in l. Senatus, §. ff. de accusat. Si verò secunda Nota. 3.  
accusatio proponatur cum illa qualitate post sen-  
tentiã latam in prima accusatione, si sententia non  
erat executioni mandata, similiter debet admitti,  
argumento textus in l. unde queritur, in fin. ff.  
commodati, textus in l. Julianus scribit, §. qui  
fundam, infra isto titul. textus in l. etiam, ff. de  
solut. & tenet expresse Bartol. in dist. leg. sententur. Nota. 4.  
Si verò secunda accusatio proponatur post senten-  
tiam latam & mandata executioni, tunc Bartol.  
relinquit cogitandum, & istam doctrinam & dis-  
tinctionem Bartoli approbat Angel. & Doctores  
in dist. leg. sententur, idem etiam tenet Bartol. &  
Doctores. in l. unde queritur, ff. commodati, Ana-  
nia in cap. de his, de accusat. Salycet. in l. qui de  
crimine, Cod. de accusat. Sed in articulo in quo  
Bartol. relinquere cogitandum; reperio quod  
Angel. in d. l. Senatus, tenet, quod admittatur  
secunda accusatio & aliqua poena imponatur  
iudicis arbitrio, ratione qualitatibus omisissæ: Salyc.  
verò in l. qui de crimine, Cod. de accusat. tenet,  
quod nullo modo admittatur secunda accusatio,  
ne quis bis puniatur ex eodem facto, vel delicto,  
argumento textus in l. interpretatione, ff. de pen.  
Ego tamen in hoc articulo in membro scilicet,  
quando jam est lata diffinitiva sententia super pri-  
ma accusatione, indistinctè teneo, quod secun-  
da accusatio nullo modo admittatur ratione qua-  
litate omisissæ, modò prima sententia sit jam  
mandata executioni, modò non. Primò per jura  
superius allegata, quæ generaliter disponunt,  
quod postquam reus fuerit condemnatus de ali-  
quo delicto, amplius de eodem accusari non po-  
test; textus est capitalis & expressus in l. sepul-  
chri violati actio, ff. de sepul. violat. textus in l.  
qui de crimine, C. de accusat. Secundò per tex-  
tum notabilem in l. auxilium, ff. de minor. ubi  
disponitur, quod minor accusator non potest re-  
stitui adversus ea quæ omisit in lite & causa cri-  
minali. Et ad hoc notat & commendat ibi Odo-  
fred. Alber. Bald. & communiter Doctores, ergo  
à fortiori in nostro casu secunda accusatio non ad-  
mittatur ratione alicujus qualitatibus omisissæ in pri-  
ma accusatione. Tertio per textum in l. 1. §. ff.  
quis ultra, ff. de quest. in fin. ubi habetur, quod  
licet post sententiam latam constet de ejus inno-  
centia, non potest retractari sententia, & per  
iudicem absolvi, sed Princeps consulendus est,  
ut revocet. Ergo à fortiori in nostro casu post-  
quam sententia diffinitiva est lata, amplius secun-  
da accusatio ex aliqua causa admitti non debet.

Quarto pro ista parte adduco vivam, & subtilem  
rationem, quia cum delictum, substantia, &  
essentia ejus, jam fuerit primò deductum in ju-  
dicio, illa qualitas quæ de novo proponitur,  
reperitur sola sine alio subiecto; unde impossi-  
bile est, quod possit deduci in iudicio de per se,  
tanquam non est, argumento textus in l. si quis  
in provinciis, vers. qui, ff. si cert. per. & in l. si ser-  
vum, §. fin. ff. de actio. emptio. & in l. Pompo-  
nius, §. fin. ff. de acquir. vend. possess. & in l. centum  
capui, ff. de eo quod est, l. c. & in terminis istam  
sententiam, & conclusionem per istam rationem  
tenet Bald. in l. si severior, C. ex quibus causis infam.  
irrog. 1. col. n. fin. num. 13. idem Bart. in l. 3. novissimè  
in fin. ff. nauta. cau. po. stabul. allegat ita tenuisse, Butr.  
in quodam suo solenni consilio, tenet etiam Flo-  
rianus in l. si raperis, ff. ad leg. Aquil. Angel. in l.  
qui de crimine, C. qui accusat. non possunt. 2. col. n. 6.  
pro qua sententia, & conclusione considero noviter  
textum

Argum. 1.  
Argum. 2.  
Argum. 3.  
Argum. 4.

textum in l. in delictis, §. si de tractat. ff. de noxa.  
juncta Glossa & communi opinione ubi habetur,  
quod si servus dedit mihi damnum, & egi contra  
dominum in solidum, ex eo quod scivit, & non  
prohibuit, quo casu tenetur in solidum, ut in l.  
2. eodem titulo, & non probavi, non possum  
postea agere actione noxali, secuta sententia ab-  
solutoria, quia causa principalis in iudicio de-  
ducta, jam est finita; & idem est, si prius egi  
contra dominum actione noxali, & absolutus  
fuit, quia non possum postea agere in solidum,  
quia scivit, & non prohibuit, & illum textum in  
sua principali decisione notat & commendat ibi  
Glossa ordinaria, Odofred. Bartol. Albericus, Bal-  
dus, Florianus, & communiter Doctores; ergo ibi  
textus formalis, & expressus pro nostra conclu-  
sione, quod post sententiam latam in aliqua  
causa, vel delicto, non potest postea secunda accu-  
satio admitti, ratione alicujus qualitatibus omisissæ,  
& in expresso ad hoc notat ibi Baldus, dicens ali-  
bi ita clarè non reperiri.

\* Advertendum tamen quod ista sententia &  
conclusio bene procederet, quando illa qualitas  
superveniens de qua noviter accusatur, non con-  
stituit diversam speciem delicti. Sed si constitue-  
ret, videtur valde dubium, ut si forte quis gra-  
viter est offensus & vulneratus, & statim iudex  
processit ex injuria lata, & probato delicto sta-  
tim sine mora delinquentem condemnavit poenà  
arbitraria, & sententiam mandavit executioni &  
postea offensus decessit & ex vulnere & injuria  
lata mortuus est, & de novo accusatur, an possit  
admitti accusatio, & istum casum habui de fa-  
cto in persona cujusdam pauperis, & fui valde  
dubius: & dixi & dico quod etiam hoc casu  
habet locum ista sententia & conclusio per fun-  
damenta hic posita; nec obstat ratio superior,  
quia respondeo quod secuta morte non consti-  
tuit diversum delictum, sed idem est, scilicet homi-  
cidium, cum dependeat à prima injuria, &  
imputandum est iudici qui ante protulit senten-  
tiam; & confirmatur, quia quando finis habet  
necessariam causam cum principio, attenditur  
principium & non finis, ut l. quod ait lex, §.  
quod ait lex, ff. de adult. cum simil. ergo  
& c. circa hoc vide omnino posita in c.  
de homicidio, numero 31. & in c. de injuria, nu-  
mero 14.

28.  
An debeat  
esse civis  
qui accu-  
sat crimen  
publicum.

Advertendum, quod licet pro delicto publico  
possit accusare quilibet de populo, tamen  
pulchrum dubium est, an debeat esse civis illius  
populi in quo delictum est commissum, an verò  
admittatur etiam forensis alterius populi? & vi-  
detur, quod debeat esse civis illius populi; non  
alterius, quia tantum civibus interest jus populi  
sui tueri, non verò forensibus, argumento textus  
in l. 1. & 2. ff. de popul. actio. & in expresso  
ita tenet Angel. de Perus. in rubrica, ff. de public.  
judic. Confirmatur hoc, quia licet quilibet de  
populo possit nunciare novum opus pro rebus  
publicis, ut in leg. provinciali, §. final. cum l. se-  
quenti, ff. de novi oper. num. & in leg. 1. §. nu-  
meratio, el. 2. & in leg. de pupil. cod. tit. & in l. 2. §.  
hoc interdictum perpetuum, ff. de quid in loco publico,  
tamen debet intelligi, ut illud jus nunciandi per-  
tinet solis civibus, non verò forensibus, nisi in  
eo casu quo edificium foret in via publica, quia  
tunc quilibet potest nunciare, quia sua interest  
propter facultatem transeundi, argumento tex-  
tus in l. ff. de via publica tenet & declarat Bar-  
tol. in d. l. in provinciali, §. final. Et ibi Paulus, & com-  
muniter Doctores. & ita debet intelligi Glossa  
Ant. Gomezii Variæ Resol. Tom. II.

quam ibi reputat singularem in l. 2. §. pen. ff. de  
quid in loco publ. quæ valde quod interdictam illius  
tituli competat etiam forensibus.

Sed ego teneo contrarium, imò quod possit qui-  
libet alius accusare, etiam forensis, quia jura non  
distingunt, sed cuilibet datur facultas accusandi  
ratione publicæ utilitatis, quando non reperitur  
prohibitus, ut in l. qui accusare, ff. de accusat.  
& ibi Glossa & communiter Doctores, textus in  
l. palam, §. Senatus, ff. de ritu nupt. & in l. 2. tit. 1.  
7. part. & in l. 1. tit. 2. lib. 4. fore legum, sed fore-  
nsis nullà lege reperitur prohibitus, ergo ad-  
mittatur ad accusandum; & in terminis ita re-  
perio, quod tenet Angel. sibi contrarius in l. fin. ff.  
de privat. delict. in fin. n. 6. Imol. in l. 1. ff. de  
public. judic. 2. col. in final. idem Imol. post Bal-  
dum ibi, in leg. is qui reus, eodem titul. 18. colum.  
n. 8. quæst. Glossa ibi quæ contrarium sentit in  
gloss. fin. in fin. tenet etiam expresse Baldus, in leg.  
in provinciali, §. fin. ff. de novi oper. num. tenet etiam  
Angel. de malefic. & ejus addit. in parte, nec non  
ad querelam, §. sol. 4. colum. vers. in crimine autem  
publice; non obstat quod simpliciter, & indistinctè  
forensis non admittatur ad denunciandum; quia  
illud est verum in re, cujus edificium non potest  
nocere, nisi civibus illius loci; secus verò in deli-  
ctis, in quibus delinquens potest cuilibet rei  
publicæ, & forensibus nocere, & sic omnibus in-  
terest ut puniatur, quia censetur universalis uti-  
litas, non particularis.

Item etiam juxta prædicta quæro, an cum f  
bonà conscientia possit quis alium accusare de  
crimine publico, quando non prosequitur suam, Quilibet  
vel suorum injuriam; & videtur quod sic, cum potest ac-  
cuse legem permittente faciat, imò laudabile videtur  
aliud de  
publico;  
ut probat textus in l. si quis in hoc genus, eodem  
tit. textus in l. fin. Cod. de malefic. & math. textus  
in l. provincialium, C. de feriis, textus in l. una, Codic.  
de famos. ubi expresse dicit, quod ille, qui reve-  
lat aliquod crimen vel accusat de eo, gerit custo-  
diam publicæ salutis, textus in c. illud, 2. §. quæst. 4.  
ubi habetur, quod iudex, notarius, accusator, &  
executor licet exteant justitiam contra delin-  
quentem textus, in cap. si quos eadem causa, & q.  
quibus habetur, quod Deus noster placatur cor-  
rectione malorum, & in iram provocatur, cum  
mala puniri differunt, textus in c. qui emendat,  
45. dist. ubi habetur, quod misericordiam opera-  
ratur, qui punit malos. Confirmatur, quia regia  
potestas, & ejus gladius à Deo confirmata, ut in c.  
non frustra, 23. quæst. 5. & cap. sum quadam eadem  
caus. & quæstio. & illud, Per me Reges regnant, &  
legum conditores iusta decernunt; ergo per con-  
sequens censetur à Deo approbata, & confirmata  
accusatio, & vindicta delictorum. In contrarium  
tamen facit; Primò, quia talis accusator puta-  
tur inimicus, argumento textus in cap. accusato-  
res, 3. quæst. 5. & quasi per totam illam quæstio-  
nem, melior textus in c. si quis Episcopus, 2. quæst.  
7. ubi dicitur, quod accusatio est genus illudabi-  
lis intentionis, textus in l. propter litem, ff. de exe-  
cut. tit. text. in l. filio, §. Seia ff. de adimen. legat. text.  
in cap. si omnia, 6. quæstio. 1. ubi probatur, quod  
semper accusatio fit potius causa invidiæ, & ran-  
coris quàm charitatis, text. in c. final. de penitent.  
dist. 5. ubi habetur, quod est in peccato, qui  
habet odium cum alio, & ei non remittit offen-  
sam; item facit auctoritas Domini nostri dicentis;  
Diligite inimicos vestros, & benefacite his, qui ode-  
runt vos, ut habetur Lucæ cap. 7. transumptivè,  
cum in l. 28. quæst. 24. Item facit etiam auctori-  
tas divina, quæ habetur Levitici cap. 19. dicentis;

Argum. 1.  
Argum. 2.  
Argum. 3.  
B 3 Non

Non eris criminator, nec sit fasces in populis, non stabis contra sanguinem proximi tui, non aderis fratrem tuum, nec q. aret ultionem, nec memor eris injuria civium tuorum sed in hoc articulo reperio quod Joan. Faber in §. 1. l. 1. tit. de public. in fin. column. concordat, & distinguit dicendo, quod si talis accusator accuset de crimine publico zelo justitiæ, propter bonum publicum, non peccat, imò justè, & licitè facit. Si verò accusat tantum ex odio & ira, volens se ulcisci, tunc peccat: si verò prosequatur suam vel suorum injuriam, licitè potest, & indistinctè accusare sine peccato, quia jura civilia, & canonica indistinctè videntur permittere, quod quis accuset de propria offensa, & injuria. Sed (salva eius pace, & alterius melius sententia) ego indistinctè dico, & teneo, quod modò prosequatur suam, vel suorum injuriam, modò non, si accusat ex odio, & ira, volens fumere ultionem, peccat. Quia in foro conscientia tenetur remittere injuriam, & rancorem secundum auctoritates supra relatas: sed non tenetur remittere actionem, & prosecutionem justitiæ, zelo justitiæ, & in expresso ira probat textus in cap. si is qui prelatus, 2. 3. quæst. juncta Glossa ordinaria in cap. 1. de honin. lib. 6. juncta Glossa ordinaria & communi opinione, ubi habetur, quod offensus tenetur remittere rancorem, non verò satisfacionem, & damnum injuriæ, tenet etiam Specul. in tit. de trenga & pace, numer. 2. vers. nota Abb. cap. 1. de injur. 2. column. Hostiensis, in cap. olim, eod. tit. Innocent. in cap. accusasti, de accusat. & ibi Anton. Aretin. & alii Doctores.

Item quaero, utrum accusatio de delicto publico, vel privato sit actio, vel officium judicis, vel alius jus distinctum de per se? & reperio quod Bartol. in l. Imperium, de jurisdict. omn. judic. 2. column. prope finem. tenet, quod sit quoddam officium judicis nobile residens in parte, & ibi Alexand. 4. column. idem Bartol. in l. comp. leg. de fideiuss. final. column. in medio, idem etiam tenet Aretin. reputans esse subtile, & notabile in rubr. 20. de accusat. 1. quæst. Sed ego teneo contrarium, imò quod accusatio sit jus quoddam competens parti pro exigenda vindicta, quod differt ab actione, quæ competit parti in civilibus ex contractu, vel obligatione; & similiter differt ab officio judicis nobili, quia illud residet in iudice, mediante quo potest ex officio per inquisitionem procedere, ea quæ jam sunt definita, executioni mandate; & in terminis ita tenet subtiliter Bald. in dist. l. Imperium, 1. l. 2. column. numer. 2. idem Bald. in l. placet, C. de pedan. judic. 3. column. Jaf. qui bene loquitur in dist. l. Imperium, 7. column. n. 17.

Quaero, quæ personæ prohibentur accusare de crimine publico? In quo articulo breviter dico, quod regulariter quilibet admittitur, nisi inveniatur prohibitus. Istam regulam ponit textus in l. qui accusare, ff. de accusat. & ibi Bartol. & communiter Doctores; prohibentur autem mulier, minor, infamis, miles, & alia plures personæ, quas ponit textus in d. l. qui accusare, cum aliis seq. textus in l. 1. & 2. eod. tit. textus in cap. prohibentur, & ibi Glossa ordinaria & Doctores, 2. quæst. 2. & quamplures personæ quæ prohibentur, ponit Specul. magistraliter, & per ordinem in tit. de accusatore, per totum, maxime in vers. Item repellitur, qui fuit socius, usque in finem; ponit etiam magistraliter Hostiensis, in summa de accusat. ponit etiam la-

10. Accusatio an sit actio vel officium judicis.

31. Quæ personæ prohibentur accusare.

tissime Gandinus in tract. malefic. 2. quæst. princ. ponit etiam & enumerat Angel & ejus adductor in tract. malefic. in parte, nec non ad querelam, 4. column. vers. quæro an quilibet possit de crimine publico accusare, per plures conclusi, ubi enumerant 20. personæ, Bonifacius in tract. malefic. sol. in rubr. de iis qui accusare non possunt, & ponunt Doctores in cap. de accusat. & ponit & enumerat l. 2. tit. 1. 7. part. & l. 2. tit. 20. lib. 4. fol. 100 & ibi Glossa, & si ista personæ accuset, & non sit opposita exceptio, an valeant iudicium, & processus, vide omnino Bart. in l. 1. §. accusationem, ff. ad T. 1. 1. column. numer. 2. Bald. in rubr. C. qui accusat. non poss. 3. column. in prin. Salyc. in l. non ignorat. fin. column. eod. tit. Angel. in tract. malefic. in parte, nec non ad querelam, vers. quæro si prædicta persona, & in vers. & tene meum, & notabiliter Aretin. in cap. 1. de accusat. 2. column. numer. 19. post Anton. Abb. & alios. Et patte non opponente, an possit iudex repellere accusatorem inhabilem, vide notabiliter Aretin. in dist. cap. 1. de accusat. 2. column. numer. 5. qui bene loquitur.

Adde tamen, quod omnes istæ personæ prohibita non possunt accusare prosequendo suam, vel suorum injuriam, textus est in l. si tamen omnes, ff. de accusat. textus in l. non prohibentur, & in l. non ignorat, & in l. si crimen, & in l. de crimine, C. qui accusat. non poss. & idem disponit dist. l. 2. tit. 1. 7. part. & d. l. 2. tit. 20. l. 4. fol. 100. & inter eos connumeratur maritus, & de ejus morte poterit uxor accusare, quia est una caro, & reputatur magis conjuncta persona, quam alia, ut in cap. gaudemus, §. quia verò de divor. ita tenet Odofred. in l. forem, Cod. de his quibus ut in dig. Baldus in l. 2. ff. de accusat. numer. 2. Alber. in l. 1. eisdem tit. Cynus in l. de crimine, Cod. qui accusat. non poss. & ibi Alberic. Angel. imò, quod magis est, si ex una parte concurrat uxor ipsius occisi, ex alia verò heredes, vel consanguinei, crederem, quod præferat uxor, qui in ea concurrat major conjunctio & affectio cum sint una caro, ut in d. l. e. gaudemus, §. quia verò, de divor. cum similibus.

Juxta prædicta tamen dabitur, an clericus licitè possit accusare laicum coram iudice seculari: In quo articulo breviter dico, quod clericus non potest accusare laicum de publico delicto ad vindictam publicam, modò veniat imponenda pœna sanguinis, modò non, textus est in cap. sacerdotem 2. quæst. 7. Si verò prosequatur suam propriam injuriam, & offensam, vel offensam Ecclesie suæ, licitè potest laicum accusare, si ex tali delicto non veniat pœna sanguinis imponenda: ita probat textus in cap. cum sit generale, de foro comper. Si verò ex tali delicto veniat imponenda pœna sanguinis, poterit accusare laicum coram iudice seculari præmissa protestatione, quod ad vindictam, seu pœnam sanguinis iudex non procedat, & tunc protestatione non obstante, poterit iudex ordinariam, & competentem pœnam imponere, & ipse clericus non incurrit regularitatem, textus est notabilis in cap. 2. de honin. lib. 6. Cujus ratio est, quia alii daretur materia in clericis delinquendi, ut dicit ibi textus. Si verò non veniat imponenda pœna sanguinis, licitè poterit accusare nullâ factâ protestatione, textus est in dist. cap. 2. de honin. lib. 6. & istam distinctionem & doctrinam ponit Abb. cap. cum prima nevela de accus. 2. column. numero 8.

Sed circa prædicta in materia nostra necessarium 34 est

32. Licita.

Clericus an possit accusare laicum.

est scire, qui g. dicantur prosequi suorum injuriam: In quo breviter dico, quod ille qui accusat de delicto commisso contra aliquem consanguineum, usque ad septimum gradum, ista est Glossa singularis & unica in l. si femina, Cod. ad Turpil. argumento textus in l. 2. ff. de testibus, ubi dicitur quod in causa criminali non cogitur consanguineus testimonium dicere contra consanguineum usque ad illum gradum, & illam Glossam & ejus conclusionem notat & commendat ibi Jacob. Butt. Bartol. Bald. Angel. Fulgos. Faber, & alii Doctores, & reputat singularem Salyc. Specul. in tit. l. de accusatione, §. 3. vers. suorum, Bald. in l. 1. Codic. qui accusat. non poss. 10. column. n. 48. Angel. in §. praterea, Insti. de except. penult. column. Angel. de malefic. in parte, nec non ad querelam, etiam reputat unicam idem Bald. in cap. de casero, de testibus. Sed adde, quod in hoc articulo est secunda opinio diversa, quod ille dicatur prosequi suorum injuriam, qui potest tanquam conjuncta persona admitti ad agendum in civilibus sine mandato, ut in l. sed & hered. ff. de procur. ita Baldus in d. cap. de casero, de testibus; sed illo casu conjuncta persona admittitur ad agendum sine mandato pro conjuncta, si est intra gradum, in quo potest ei ab intestato succedere, quod est infra decimum gradum inter agnatos, & infra septimum gradum inter cognatos, ut in §. final. Insti. de success. cognat. & hodie instinet infra decimum gradum, cum non sit differentia agnationis & cognationis, ut in authent. de hered. ab intestat. venient, §. nullam vero, columna 9. & in l. 6. tit. 13. 6. part. & tenet Innocent. in cap. nulli, de rescript. 2. column. alii verò Doctores tenent, quod admittatur conjuncta persona ad agendum sine mandato, pro conjuncta tantum usque ad quartum gradum, argumento textus in cap. non debet, de consang. & affinit. & ita tenet expressè Hostiensis, Cardin. Imol. & Felin. in dist. c. nannulii, Alberic. in l. sed & hered. ff. de procur. post alios Doctores antiquos. Pro quibus est lex 10. tit. 5. 3. part. Tertia principalis opinio est, quod ille dicatur prosequi suorum injuriam, quando accusat pro aliquo consanguineo usque ad quartum gradum, argumento textus notabilis in l. petitio, vers. scilicet, eodem tit. Cod. de advoc. divers. judic. ubi dicit textus quod advocatus fisci, licet non possit pro extraneis patrocinium præstare, tamen bene potest illud præstare pro conjunctis usque ad quartum gradum. Ex quo textu notat ibi Baldus & alii Doctores, quod appellatione suorum, vel conjunctorum in linea transversali, intelliguntur consanguinei usque ad quartum gradum, & ad hoc ante eos consideravit Guiliel. in l. 1. Codic. depositi, quem refert Baldus in d. l. si femina 20. Sed his omissis, in hoc articulo sit quarta, vera, & communis opinio, quod ille dicatur accusando prosequi suorum injuriam, qui inivnus non cogitur dicere testimonium in causa criminali, textus est formalis & expressus in leg. 2. ff. de accusat. & expressè decimè est; quod non cogitur dicere testimonium contra consanguineum, usque ad sextum gradum; ita disponit textus in l. 4. ff. de testibus, juncto textu in l. Juriscons. §. quinto gradu, & §. sexto gradu, ff. de gradibus, & ibi communiter Doctores, & ista est vera & communis opinio de jure communi, sed de jure regio non cogitur quis dicere testimonium contra conjunctam personam, usque ad quartum gradum tantum, ut in l. 1. tit. 16. 3. part. ex qua lege junctis superioribus, aperte colligitur, & inferitur, quod tertia superior opinio sit vera, &

Opinio 1. Turpil. argumento textus in l. 2. ff. de testibus, ubi dicitur quod in causa criminali non cogitur consanguineus testimonium dicere contra consanguineum usque ad illum gradum, & illam Glossam & ejus conclusionem notat & commendat ibi Jacob. Butt. Bartol. Bald. Angel. Fulgos. Faber, & alii Doctores, & reputat singularem Salyc. Specul. in tit. l. de accusatione, §. 3. vers. suorum, Bald. in l. 1. Codic. qui accusat. non poss. 10. column. n. 48. Angel. in §. praterea, Insti. de except. penult. column. Angel. de malefic. in parte, nec non ad querelam, etiam reputat unicam idem Bald. in cap. de casero, de testibus. Sed adde, quod in hoc articulo est secunda opinio diversa, quod ille dicatur prosequi suorum injuriam, qui potest tanquam conjuncta persona admitti ad agendum in civilibus sine mandato, ut in l. sed & hered. ff. de procur. ita Baldus in d. cap. de casero, de testibus; sed illo casu conjuncta persona admittitur ad agendum sine mandato pro conjuncta, si est intra gradum, in quo potest ei ab intestato succedere, quod est infra decimum gradum inter agnatos, & infra septimum gradum inter cognatos, ut in §. final. Insti. de success. cognat. & hodie instinet infra decimum gradum, cum non sit differentia agnationis & cognationis, ut in authent. de hered. ab intestat. venient, §. nullam vero, columna 9. & in l. 6. tit. 13. 6. part. & tenet Innocent. in cap. nulli, de rescript. 2. column. alii verò Doctores tenent, quod admittatur conjuncta persona ad agendum sine mandato, pro conjuncta tantum usque ad quartum gradum, argumento textus in cap. non debet, de consang. & affinit. & ita tenet expressè Hostiensis, Cardin. Imol. & Felin. in dist. c. nannulii, Alberic. in l. sed & hered. ff. de procur. post alios Doctores antiquos. Pro quibus est lex 10. tit. 5. 3. part. Tertia principalis opinio est, quod ille dicatur prosequi suorum injuriam, quando accusat pro aliquo consanguineo usque ad quartum gradum, argumento textus notabilis in l. petitio, vers. scilicet, eodem tit. Cod. de advoc. divers. judic. ubi dicit textus quod advocatus fisci, licet non possit pro extraneis patrocinium præstare, tamen bene potest illud præstare pro conjunctis usque ad quartum gradum. Ex quo textu notat ibi Baldus & alii Doctores, quod appellatione suorum, vel conjunctorum in linea transversali, intelliguntur consanguinei usque ad quartum gradum, & ad hoc ante eos consideravit Guiliel. in l. 1. Codic. depositi, quem refert Baldus in d. l. si femina 20. Sed his omissis, in hoc articulo sit quarta, vera, & communis opinio, quod ille dicatur accusando prosequi suorum injuriam, qui inivnus non cogitur dicere testimonium in causa criminali, textus est formalis & expressus in leg. 2. ff. de accusat. & expressè decimè est; quod non cogitur dicere testimonium contra consanguineum, usque ad sextum gradum; ita disponit textus in l. 4. ff. de testibus, juncto textu in l. Juriscons. §. quinto gradu, & §. sexto gradu, ff. de gradibus, & ibi communiter Doctores, & ista est vera & communis opinio de jure communi, sed de jure regio non cogitur quis dicere testimonium contra conjunctam personam, usque ad quartum gradum tantum, ut in l. 1. tit. 16. 3. part. ex qua lege junctis superioribus, aperte colligitur, & inferitur, quod tertia superior opinio sit vera, &

Opinio 3. post alios Doctores antiquos. Pro quibus est lex 10. tit. 5. 3. part. Tertia principalis opinio est, quod ille dicatur prosequi suorum injuriam, quando accusat pro aliquo consanguineo usque ad quartum gradum, argumento textus notabilis in l. petitio, vers. scilicet, eodem tit. Cod. de advoc. divers. judic. ubi dicit textus quod advocatus fisci, licet non possit pro extraneis patrocinium præstare, tamen bene potest illud præstare pro conjunctis usque ad quartum gradum. Ex quo textu notat ibi Baldus & alii Doctores, quod appellatione suorum, vel conjunctorum in linea transversali, intelliguntur consanguinei usque ad quartum gradum, & ad hoc ante eos consideravit Guiliel. in l. 1. Codic. depositi, quem refert Baldus in d. l. si femina 20. Sed his omissis, in hoc articulo sit quarta, vera, & communis opinio, quod ille dicatur accusando prosequi suorum injuriam, qui inivnus non cogitur dicere testimonium in causa criminali, textus est formalis & expressus in leg. 2. ff. de accusat. & expressè decimè est; quod non cogitur dicere testimonium contra consanguineum, usque ad sextum gradum; ita disponit textus in l. 4. ff. de testibus, juncto textu in l. Juriscons. §. quinto gradu, & §. sexto gradu, ff. de gradibus, & ibi communiter Doctores, & ista est vera & communis opinio de jure communi, sed de jure regio non cogitur quis dicere testimonium contra conjunctam personam, usque ad quartum gradum tantum, ut in l. 1. tit. 16. 3. part. ex qua lege junctis superioribus, aperte colligitur, & inferitur, quod tertia superior opinio sit vera, &

Opinio 4. in l. 1. Codic. depositi, quem refert Baldus in d. l. si femina 20. Sed his omissis, in hoc articulo sit quarta, vera, & communis opinio, quod ille dicatur accusando prosequi suorum injuriam, qui inivnus non cogitur dicere testimonium in causa criminali, textus est formalis & expressus in leg. 2. ff. de accusat. & expressè decimè est; quod non cogitur dicere testimonium contra consanguineum, usque ad sextum gradum; ita disponit textus in l. 4. ff. de testibus, juncto textu in l. Juriscons. §. quinto gradu, & §. sexto gradu, ff. de gradibus, & ibi communiter Doctores, & ista est vera & communis opinio de jure communi, sed de jure regio non cogitur quis dicere testimonium contra conjunctam personam, usque ad quartum gradum tantum, ut in l. 1. tit. 16. 3. part. ex qua lege junctis superioribus, aperte colligitur, & inferitur, quod tertia superior opinio sit vera, &

Conclusio.

tenenda, quod ille dicatur hodie in nostro regno prosequi suorum injuriam, qui accusat pro consanguineo usque ad quartum gradum, & in terminis ita expressè determinat l. 2. tit. 1. 7. part. & lex 26. eodem tit. & par.

Item quaero, si plures concurrant ad accusandum delinquentem, an omnes admittantur, vel quis eorum præferatur? & magistraliter & resolutivè dico, quod non debent omnes admitti: sed iudex eligat magis idoneum, in quo reperitur major causa, vel qualitas ratione dignitatis, personæ, ætatis, approbationis vitæ, vel alterius justæ causæ, textus est capitalis, & expressus in leg. si plures, ff. de accus. text. in l. si verò, §. hæc autem, ff. de his qui decesser. vel effuder. text. in l. final. ff. de collus. aeternad. text. in l. 2. §. si simul, ff. de adul. textus in l. 3. §. si tamen plures, ff. de liber. hominib. ex l. text. in l. 2. ff. de pop. action. text. in l. interest, ff. de liber. caus. text. in l. pretor ait, §. si plures, ff. de sepulchr. viol. & idem disponit l. 17. tit. 1. 7. part.

Quod tamen intellige, quando concurrunt antelitem contestatam, quia postea alius non auditur, text. in l. qui de crimine, C. de accus. & ibi Gloss. ordinaria & communiter Doct.

Item etiam intellige quando plures, qui concurrunt ad accusandum sunt extranei: secus verò si cum extraneis concurrat aliquis, qui velit prosequi suam, vel suorum injuriam, quia tunc indistinctè ille est præferendus, quia sua magis principaliter interest, ita probat textus in dist. l. si plures, ff. de accusat. & ibi communiter Doctores. Si verò plures qui concurrunt ad accusandum, prosequantur suam, vel suorum injuriam, & sint in dispari gradu, iudex debet eligere proximiorum, argumento text. in d. l. si plures, ff. de accusat. & probat expressè textus in l. 2. §. si simul, ff. de adulter. & ibi tenet Bartol. Angel. & communiter Doctores. Si verò concurrant plures, qui prosequuntur suam, vel suorum injuriam, & sint in eodem gradu; tunc omnes simul admittuntur, nec unus excludit alium, nec iudex potest unum eorum eligere, ita probat textus notabilis in l. 3. §. si ad plures, ff. de sepulchr. viol. & ibi tenet Gloss. ordinaria, Bartol. Alber. Angel. & communiter Doctores, & per illum text. ita tenet Bartol. in d. l. si plures, ff. de accusat. 1. oppos. licet corruptè alleger, idem etiam tenet Salyc. in l. si accusatoribus, Cod. de accusat. 2. column. Angel. de malefic. in parte, nec non ad querelam, 4. column. vers. quæro an plures, probat etiam text. in l. item apud Labronem, §. final. ff. de injur. textus in l. si in re communi, ff. de noxal. Adde tamen, quod si unus eorum prius accusavit, & litem contestatus est, alius postea superveniens, licet sit in eodem gradu, non debet admitti, ita, Salyc. in l. qui de crimine, Cod. de accusat. 2. column. §. & 7. oppos. Ex quibus singulariter infero, quod statim lege nostrâ parità, quæ permittitur concordia in delictis, & disponitur quod factâ pace, & concordia delinquens non puniatur pœnâ corporali, si concurrant plures consanguinei, ille solus censetur pars, & potest remissionem delicti concedere, qui reperitur in proximiori gradu: si verò omnes sint in eodem gradu, ab omnibus debet fieri prædicta concordia; & remissio, de quo aliàs dixi in proprio loco, scilicet in delicto homicidii, in articulo & materia prædictæ legis paritè.

Item quaero, si accusator post accusationem propositam moriatur, vel aliàs impeditus sit, an alius admittatur ad accusandum, & quomodo? Et

Nota 1.

Nota 2.

Conclusio.

Instantia  
causae cri-  
minalis  
transfertur  
de uno in  
alium.

Et brevier dico, quod si vult repetere, & prosequi accusationem primò institutam, sic eandem instantiam & processum, & tunc potest, si compareat ad prosequendum infra 30. dies; iste est proprius casus notabilis qui sic debet intelligi in leg. liberum, §. final. ff. de accusat. & sic patet quòd instantia causæ criminalis transfertur de uno in alium legis auctoritate: si verò non vult accusationem primò postquam repetere; sed novam de per se instituire, novum processum & instantiam inchoare tunc poterit utque ad tempus à lege accusationi præfixam, ita probat textus qui sic debet intelligi in leg. accusaturus, ff. de adulter. & istam doctrinam & declarationem ponit expressè Bartol. in dict. leg. liberorum, §. final. ff. de accusat. 2. column. num. 6. & ibi Alberic. & ante eos Jacob. de Aretin. & tenet Salyc. in l. qui discrimine, Cod. de accus. 1. column. in fin. n. 7. & tenet Angel. de Perul. in l. 1. Cod. de gener. abolit. 1. column. & tenet Anania in cap. 2. de collus. degen. 3. column. in med. & istam dicit communem opinio. Imol. in l. pen. ff. de public. jud. final. column. propè medium, licet in hoc passu Doctor. antiqui varierunt, & secundum istam declarationem debet intelligi text. in l. constante matrimonio, ff. de adul. ubi dicit, quòd derelictæ accusatione ab alio exerceri utile est, & sic debet intelligi textus in l. pen. ff. de pub. jud. ubi dicit quòd accusator defuncto res ab alio peragi potest, & sic debet intelligi 2. pars rub. Codic. si reus, vel accusator mortuus fuerit, dum loquitur de accusatore mortuo, & ita illam secundam partem rubricæ declarat ibi Alber. in l. final. post princ. vers. & not. & sic etiam debet intelligi lex 2. in princ. tit. 1. 7. p. ubi dicit, quòd mortuo accusatore potest alius iterum accusare, & sic debet intelligi text. leg. 1. 4. tit. 20. lib. 4. fol. 100. quam Gloss. ibi non declaravit, licet verba illius legis in fine videtur dicere, nullo modo post mortem accusatoris audiat alter, sed tamen intellige modo prædicto. Ex qua communi doctrina, & conclusione Doctorum videtur inferendum, quòd mortuo accusatore, vel aliàs impedito, si alius accusator non compareat, poterit iudex ex officio procedere infra 30. dies, si vult prosequi eandem instantiam, & processum: aliàs si novam instantiam vult proponere, poterit infra tempus à jure præfixum, & expressè reperio, quòd istam sententiam tenet Joan. de Imol. in l. penult. ff. de pub. jud. 2. column. propè finem. & ita videtur intelligenda doctrina Bartol. per text. ibi in d. l. pen. quod ejusdem Bartol. in l. libellorum, §. final. 2. column. in princ. n. 5. ff. de accus. & Alber. ibi post. prim. & ejusdem Bartol. in l. 1. Codic. de delator. & ibi Platea, ubi tenet, quòd accusatore mortuo possit iudex ex officio illam causam prosequi, & ad finem perducere: nam debet intelligi infra 30. dies, si vult repetere eandem instantiam, aliàs debet procedere de novo, & idem videtur tenere Rayner. in dict. l. libellorum §. final. ubi dicit, quòd iudex semper procedit eodem modo, quo alius accusator, cum fungatur ejus vice.

Nota 37.

Ex quo etiam noviter, & singulariter infero, quòd licet in delictis, in quibus licita est transactio, vel concordia, si accusator delinuit pendente accusatione, alius possit accusare, vel iudex procedere ex officio, ut est casus notabilis in l. 2. Cod. de abolit. textus in l. qui casus, §. final. ff. ad l. jul. de vi public. Gloss. & communis opinio in l. transigere, Codic. de transact. & dicitur infra latius suo proprio loco; tamen ille accusator su-

perveniens, vel iudex ex officio, si vult prosequi eandem instantiam desistant, potest eam reassumere, & prosequi infra tringinta dies à tempore desistentiæ, aliàs illis transactis debet de novo incipere, & novam instantiam & processum inchoare; quod reputo verum, & notabile, & reperio, quòd ita uno verbo tenet Cardin. in capit. de his, de accus. 2. column. argumento text. in dict. l. libellorum, §. final. de accus. Ex quo aperte reprobo sententiam Bartol. & communem in l. transigere, Codic. de transact. 2. lect. 1. column. in med. ubi expressè tenet, quòd facta concordia, vel transactione inter partes, licet alius accusator, vel iudex admitatur, tamen debet novam instantiam, & processum inchoare, ex eo quòd prima est jam perempta, & funditus nulla, & sequitur ibid. Bald. 2. column. Paul. 2. column. in medio, dicens esse novam considerationem à solo Bart. inventam, Salyc. 2. column. Alexand. 3. col. Jaf. 4. col. n. 11. idem etiam tenet Bart. in l. si maritus, la. 2. §. si negavit, ff. de adulter. 2. column. in medio, idem Bartol. in l. accusationis, Codic. quod metus causa. Felin. post antiquos in cap. de his, de accusat. 1. column. n. 3. Sed certè ista opinio Bartol. & communis non potest esse vera, imò est tenenda superior distinctio, quòd si alius accusator vel iudex accuset, possit prosequi eandem instantiam, & processum infra 30. dies, aliàs postea debet novam inchoare, argumento textus in dict. l. libellorum, §. final. de accusat. Neque obstat, quòd per transactionem & concordiam in causa licita, & permixta est perempta instantia, & sic eadem non videtur posse repeti, quia respondeo quòd est perempta quoad transigentes, non quoad alios in quibus alius admitti potest; pro quo considero novum, & expressum text. in l. final. Codic. si reus, vel accusat. mortuus fuerit, & ibi notat & commendat Salyc. Sed circa prædicta subtiliter, & necessariò quæro, si in casibus in quibus perit instantia per mortem accusatoris, vel per transactionem, & concordiam partium, taliter quod non potest repeti, nec super ea amplius proceditur, quia supervenit novus accusator, vel iudex post 30. dies, ut supra conclusum est, si probationes jam factæ in illo primo processu, & instantia aliquam fidem faciant in ista nova instantia nunc agitata, maxime quando testes primò recepti sint mortui, vel absentes. Et videtur, quòd cum prima instantia sit perempta, & penitus extincta, non possunt facere fidem in alia instantia diversa; sed resolutivè tenedo, quòd si testes vivunt, & sunt presentes, taliter quod possunt de novo recipi, isto casu recipiantur, & primæ probationes, & dispositiones sint nullæ; si verò prædicti testes sunt mortui, vel longè absentes, tunc probationes & depositiones prædictorum testium valeant & probent & sic admittantur, & habeant integrum effectum. Ita probat text. singularis & unicus in l. fin. Cod. de testam. ubi disponitur quòd perempta instantia excepta coram arbitris, si iterum agitur causa coram ordinario, debent repeti, & examinari de novo testes si vivunt: si verò sunt mortui, faciunt fidem & plenam probationem in secunda nova instantia, & ad hoc illum text. reputat singularem, & unicum Paul. de Castri. & ceteri Doctores ibi; confirmatur etiam per text. notabilem in l. penult. §. final. Codic. de arbitris, & in capit. presentata, de testibus, & idem disponit l. 38. tit. 16. 3. part. Adde tamen, quòd de consuetudine hodie perempta instantia in causa criminali transactione partium, vel morte accusatorum, vel

Opinio  
Bart.  
& com.  
reprobata.

38.  
Testes re-  
cepti in  
prima in-  
stantia ea  
perempta  
an faciunt  
fidem in  
aliâ

vel ex alia causa poterit alius accusator, vel iudex ex officio repetere & prosequi eandem instantiam & processum, quocumque tempore etiam post 30. dies sita singulariter tenet solus Angel. in d. l. transigere, Cod. de transact. 2. column. num. 7. & fortè æquum, & justum esset hodie præticare favore reipublicæ, & propter evitandos circuitus.

h Item quæro, si delictum aliquod reperitur punitum pluribus legibus, an debeat reus delinquens accusari, & condemnari ex una, vel ex omnibus, vel ex aliqua; in quo ista est vera, & notabilis resolutio. Prima conclusio, quòd si illud delictum punitur unica tantum poena, tunc modò puniatur per unam legem, modo per plures, non potest amplius accusari, nec puniri, quam semel, modò ex una, modò ex alia, modò simpliciter accuseretur, vel condemnaretur; iste est text. qui sic potest intelligi in l. senatus, ff. de accus. Cujus verba sunt: Senatus censuit, ne quis ob idem crimen pluribus legibus reus fieret, & ibi Gloss. ordinaria, Bart. Alber. Angel. & communiter DD. Gloss. in l. quæ de crimine, in glos. 2. C. de accus. & ibi Cyn. Alb. Ang. Salyc. & alii Doct. faciunt text. in l. quod Senatus consultum, in fin. ff. de iur. iuris text. in l. prætor edixit, §. si dicatur, eod. tit. Secunda conclusio, quòd si diversæ poenæ imponuntur pluribus legibus, sed conitatur quod cumulative imponuntur, quia expressè cavetur, quod utraque locum habeat, tunc utraque potest imponi, iste est casus expressus in l. qui sepulchra, C. de sepulch. viol. ibi, quæ poena præfixa severitatis accedit, & ad hoc eum notat ibi Alber. post princ. & alii DD. ad idem est text. expressus in l. quod & lex Flavio, in princ. ff. de l. hom. exhib. & ibi expressè notat Ang. de Perul. text. in l. locum, §. si quis dolo, ff. de tab. exhib. text. expressior, & formalis in l. eum ibi, prætor poenam olim statutam. C. de furtis, text. in l. placeo, vers. si: si quis contravenierit, & de sac. Eccl. & ibi notat Jacob. Butr. in princ. Alber. & Bald. in fin. text. in l. nemo, l. 3. C. de Epis. audi. Tertia conclusio, quòd si constat, quod una poena tollit & corrigat aliam, tunc sola illa debet imponi, Conclusio text. est in l. 1. ff. ad legem aquil. & ibi notat Oxfred. Alber. Bald. Flor. & communiter Doctores. textus in l. 1. juncti l. Agraria, ff. de termino motu, & ibi Bart. Alberic. & alii Doctores. text. in l. qui uno, §. qui post desertionem, ff. de re militari, & ista sententia & conclusio habet locum & procedit, melum quando de hoc possit expressè constare, verum etiam tacite per conjecturas, & præsumptiones, ita Bart. in l. 1. ff. vi bon. rap. & ibi Ang. & alii Doct. Bald. in l. meum, C. de furtis. Paul. de Castri. in l. 1. §. dixerit aliquis ff. de pub. & velig. 1. column. num. 5. & probat text. in l. qui cum uno, §. qui post ff. de re milit. text. in l. quid ergo, §. poena gravior, ff. de his qui not. infam. text. in l. 2. C. de novat. text. in l. 3. §. fin. de adm. legat. Quarta conclusio quando diversæ poenæ imponuntur pluribus legibus, & non appareat expressè nec tacite, quæ illarum corrigat aliam, tunc neutra corrigat, nec tollit aliam, etiam constat de prioritate & posterioritate: ita probat text. in leg. quotiens, vers. sic ex eodem facto, ff. de action. & oblig. & ibi notat Alberic. & alii Doctores. antiqui, & per illum textum tenet expressè Bart. in l. 1. ff. vi bon. rap. Bald. in l. cum, Cod. de furtis, probat etiam textus notabilis in leg. prætor edixit, §. si dicatur, ff. de injur. text. in l. §. dixerit aliquis, ff. de pub. & velig. text. in leg. fin. §. fin. autem. Cod. de An. Gomezii Variar Resol. Tom. III.

Delictum  
quod repe-  
ritur puni-  
tum pluri-  
bus legi-  
bus ex qua  
punitur  
est.

Conclusio  
2.

Conclusio  
3.

Conclusio  
4.

jure deliber. textus cum materia, in leg. fin. Cod. de novat. & istam sententiam & conclusionem tenet Dynus, Rosfred. & Doctores antiqui in leg. qui sepulchra, Cod. de sepul. viol. quos ibi refert Salyc. tenet etiam Spec. in tit. si vero quando, collat. 9. in fin. & hanc dicit communem opinionem Anania in cap. fin. de collus. degen. fin. column. Sed attende, quòd ista videtur dubia & rigorosa opinio, unde Salyc. in d. l. qui sepulch. C. de sepul. viol. primum column. tenet contrariam sententiam: imò, quòd lex nova posterior, & ejus poena corrigat & tollat primam, & inter alia considerat text. in authent. ut nulli judic. §. si vero quando, collat. 9. text. in authent. sed hodie, Cod. de adul. ubi simpliciter dicunt jura adulterum detrudi in monasterium, nec ibi appareat de anteriori legis, vel poenæ correctione, & tamen secundum communem opinionem poena legis antiquæ, quæ erat poena mortis, remanet correctæ in muliere: ergo bene probatur, quòd lex posterior semper tollit & corrigat poenam legis prioris; idem tenet Salyc. in l. cum, C. de furtis. & ante eum idem tenet Cyn. in d. l. qui sepulchra, Cod. de sepul. viol. & dicit & refert ibi Alber. quod semper vidit hanc opinionem servari in practica, & sic resideo, quòd licet præcedens sit magis communis, tamen ista servaretur in judicando & consulendo.

Unum tamen est, quòd si semel per iudicem est imposita aliqua ex illis diversis poenis, non potest amplius ex alia puniri, vel accusari, etiam si in minori poena primò condemnatus & punitus sit, cum utraque tendat ad vindictam; istam sententiam probat textus subtilis & notabilis in l. prætor edixit, §. si dicatur, ff. de injuriis, per quem aperte hoc præsupponi, Bartol. & Doctor. ibi, & per eum ita tenet Bart. in l. quod ergo, §. poena gravior, ff. de his qui not. infam. fin. column. propè finem, & ante eum per illum text. ita tenet innocent. in cap. cum dilectus, de purg. canon. 3. column. num. 4. & istam sententiam tenet etiam Bart. ubi notabiliter loquitur in l. 1. ff. vi bon. rap. in fin. & ibi Angel. de Perul. tenet Alber. in l. 1. Senatus, ff. de accus. 1. column. post princ. & ibi Dynus quem ipse refert, & tenet Jac. Bart. in l. & si severior, C. ex quibus caus. infam. irrog. 2. column. in medio, tenet etiam Alber. in leg. qui de crimine, Cod. de accusat. 3. column. & Jacob. de Aretin. & de Raven. quos ipse refert, & tenet expressè Bart. Alber. & Salyc. in l. qui sepul. Cod. de sepul. viol. & dicit ibi Salyc. 3. column. n. 8. quòd ista est communis opinio, pro qua communi sententia etiam facit bonus text. in l. quod Senatus consultum, vers. planè ff. de injuriis, text. secundum unam lecturam, in l. senatus, ff. de accus. licet Gloss. in d. l. senatus ff. de accus. in vers. tertii dicunt, possit ali-quod antiquos tenebat, quod possit puniri in eo quod excedit poenam impositam, & idem tenebat Petrus, quem refert Alb. in l. qui de criminis, 3. Col. de accus. & Joan. in add. ad Spec. in tit. tenor. lit. in fin. argum. text. in l. 1. ff. de vi bon. rap. text. in l. quotiens, vers. si ex eodem facto, ff. de action. & oblig. & in l. qui servum, eod. tit. Sed illa jura non obstant: quia debent intelligi, quando actiones competunt civilter ad persequutionem rei familiaris, ita respondet Bart. in d. l. 1. ff. de vi bon. rap. in fi. & omnes Doctores. ubi supra Ex quibus patet, quod in isto casu iudex eligit poenam, quam velit imponere attendente qualitate negotii, ita Bald. notabiliter in leg. cunctos populos, C. de sum. n. Trimit. & fide carbol. 7. col. in princ. idem Bald. in l. data opera, C. qui accus. non pos. 2. col. num. 5. & idem tenet Imol.

39  
Diversæ  
poenis pro  
eodem delicto  
nemo  
punitur.

Judex eli-  
git poenâ  
imponen-  
dam.

in l. 2. ff. de publ. jud. col. 2. in fin. vers. qui autem, si post. Paul. de Caltr. in d. l. cunctos populos, 2. col. n. 6. & est perinde ac si pena essent positae alternative quo casu in dubio iudicis est electio, ut probat text. in l. 1. §. spe. ff. de off. astorib. text. melior de iure in l. 1. in fin. C. de his qui latronis, tenet Bart. in l. quicumque, Cod. de servis fugi- vis, n. 4. Salyc. ibi, pen. col. post princ. Aret. ibi, 2. col. ord. in cap. sicut, in gl. fin. de Juda. Gloss. in cap. crapula in gl. fin. de vita, & bon. cle. Gloss. in c. fraternitatis, 34. dist. & utrobique Doct. & late Fel. in c. inter ceteras de rescriptis, 2. col. vers. fallit, §. Fel. & Anania, in dist. cap. sicut de Judais, \* Tenet etiam Joan. de Imol. in l. 2. ff. de publ. ju. & facit ratio concludens: quia in dubio quando nulla certa pena est imposita per l. pena est arbitraria, & arbitrium iudicis extendit ad poenam quam velit; ita quando pena est alter- nativa videtur arbitrium, coarctatum, ut im- ponat de illis penis quam velit: ita Sali. in d. l. quicumque, C. de ser. fugi. \* & confirmatur ra- tione, quia ad iudicem pertinet de pena deli- berare secundum merita causae & qualitatem negotii, ut est bonus text. in l. Padus, vers. & om- nino ut in ceteris, ff. de incend. ruin. text. in l. be- die, ff. de penis, text. notabilis & moralis in l. respiciendum, in princ. eod. tit. ergo in nostro casu iudex debet deliberare & eligere poenam, & ista conclusio clare habet locum, quando iudex procederet ex officio, vel ad instantiam accusa- toris, qui in libello simpliciter peteret reum con- demnari ad penas à jure statutas, vel etiam si ex- pressè concluderet, & peteret condemnari in pec- na minori, quia nihilominus iudex eligeret, quia facultas data à lege proposita publica accusatio- ne non potest per partem conferri, & quia in li- bello criminali non est necessaria conclusio, ut infra suo loco dicemus: & quia in criminalibus non requiritur, quòd sententia sit conformis in libello, imò in plus quam sit petitum, quòd iudex condemnare, ut est casus notabilis in l. quid ergo, §. poena gravior, ff. de his qui noi. infam. per quem ita tenet ibi Bart. 3. colum. n. 8. & Bald. ibi. in l. lectur. 2. col. in princ. dicens esse notabile. Idem Bald. melius in l. 2. lect. in 3. col. n. 6. Salyc. in l. & si severior, C. ex quib. caus. infam. 2. col. 9. appof. Ex quibus ego infero & declaro unum, de quo in isto regno saepe vidi dubitari, scilicet si per legem novam ordinamenti, vel pragmaticam, vel legem regni, sit apposta poena pro delicto, & reperitur diversa major vel minor de jure communi; vel per aliam legem regni, an iudex possit eligere & ponere poenam quam velit, vel quam eorum poneret? In quo dico, quòd si ex- pressè vel tacite potest constare, quòd lex regia corrigit communem, ea sola est servanda, ut supra bene probatum est in 3. concl. principali: Si verò potest constare expressè vel tacite per con- jecturas, quòd non vult corrigere, imò; poenam aggravare, & sic cumulare, & tunc utraque poena est imponenda; ac si una & eadem lege impone- rentur, ut supra in 2. conclus. dictum est, & adde singulariter quòd tacite & per conjecturas dicitur accusare, quòd lex regia voluit accumulare utramque poenam, scilicet, quando lex nova regia non imposuisset poenam condignam delicto. Ita singulariter Aret. in l. quicumque, C. de servis fugi. 2. col. in fin. vers. si vero iudex, cujus litera est corrupta, sed iste est ejus sensus, argum. text. in l. sapi, §. fin. ff. de verb. sign. Ex quo patet, quòd leges ordinamenti, quae reperiunt in gravi delicto imponere simpliciter poenam pecuniariam, quòd

Dubium

illa poena debet cumulativè imponi cum cor- porali inducitur, per leges communes, cum non sit condigna poena legis novae ipsi delicto. Si verò poena sit condigna & principalis pro punitione delicti, & sic diversa juris communis, & non possit constare, an lex nova regia velit corrigere, vel non; ex superioribus clare videtur inferen- dum, quòd ista nova lex regia non tollat, nec cor- rigit aliam, & iudex eligeret, ut in quarta conclu- sione superiori: sed teneo sine dubio, quòd isto casu debet servari lex nova regia, & hoc per ca- sum bene consideratum in l. 1. Tauri, ubi ex- pressè dicit, quòd in decisione causarum prius serventur leges regiae, secundum ordinem ibi tra- ditum: ergo aperte excluditur in his jus commu- ne, & ista est veritas nunquam sic dilucidata, su- perior enim quarta conclusio supra fundata hodie potest procedere & verificari in casu, quo non reperiretur de jure regio casus expressè deci- sus; sed esset recurrendum ad jus commune, vel quando essent diversae leges, & non constaret, quae earum corrigeret aliam: tunc servandum esse quòd dixi supra in 4. conclus.

Item juxta praedicta quaero, & est utilissima & necessaria quaestio, si aliquis commisit aliquod grave crimen, quòd est mixti fori, & praeventa est jurisdictione à iudice Ecclesiastico, & captus & punitus est delinquentem poena Ecclesiastica, an postea capi possit per iudicem saecularem & puniri poena ordinarià juris civilis; in quo resolu- tivè procedendo per conclusiones: Sit prima conclusio, quòd si primò imposita est poena quantumcumque magna in foro poenitentiali per confesso-rem, non tollitur aliquo modo poena imponenda in foro judiciali canonico, vel civili, Gloss. est notabilis, in cap. gaudentes, de di- vortis, in gloss. fin. prope finem; & ad hoc etiam notat Paul. de Caltr. in l. cunctos populos, C. de summa Trinit. & fide Cathol. 2. col. n. 7. & ultra eum est similis Gloss. in cap. 2. de schismaticis, in gloss. 1. in fin. & ibi notat Abb. Card. & DD. Gloss. in cap. de his, de accus. in gloss. unica, in fin. & ibi tenet & notat Abb. 2. col. Gloss. in cap. fin. 25. dist. in gloss. pen. argumento text. in cap. admonere 33. 9. 2. & ibi Gloss. in verbo poeni- tentia, Gloss. in c. 2. de emp. & vend. in gloss. & ibi Abb. Imol. & DD. & ratio est, quia illa poena tendit ad alium finem, scilicet ut satisfaciat Deo & animae suae, alia verò ad punitionem cor- poris, & pro vindicta publica; & ista conclusio procedit etiam si poenitentia sit publica, secun- dum Abb. in d. c. de his, 2. col. in med. per bonas rationes, de quo articulo vide ibi per eum & Doctor. pro qua sententia, est melior textus de jure in c. de maledictis, & ibi notat Abb. & DD. quae publica poenitentia potest imponi pro pu- blico delicto, ut in cap. fin. 26. q. 6. & jam vidi de facto in hac civitate istum casum; nam quidam viles & inconsiderati homines in die carnis pri- vium publicè quoddam spectaculum fecerunt, quòd tendebat in offensam Domini nostri, & Catholicae religionis, & postea publicè per easdè vias publicas civitatis poenitentiam sibi imposi- tam fecerunt, & dubitatum fuit, an poterant postea puniri in foro judiciali, & consilium fuit, quòd sic: Est postea audivi & certus fui à fide dignis personis, quòd praedicti delinquentes vita functi fuerunt ignominiosè, & in uno eor- um manifestè vidi, & mihi confitit, & fuit iustissimum Dei iudiciu, sicut ceteris ejus opera, & iudicia sunt. Item etiam ex hoc infero, quòd si pro

40. Crimen mixti fori per unum iudicem punitum, an possit per alium puniri Concl. 1.

Casus no- tabilis.

pro blasphemia aliquis esset punitus in foro poenitentiali, dato, quòd poenitentia esset publicè imposita, non excusatur à poena legali imposita per legem nostri regni, quae caveatur quòd detineatur in carcere per 30. dies, & ita dixi & con- sului in quaest. de facto. Secunda conclusio, si poena Ecclesiastica est medicinalis, vel monitoria, ut excommunicatio, tunc per eam non tollitur ali- quo modo poena saecularis, text. est formalis & expressus in l. placet, vers. si quis contravenit, Cod. de SS. Ecol. & ibi DD. & sic intelligit & decla- rat Paul. de Caltr. in l. cunctos populos, Cod. de summa Trinit. & fide Cath. 2. col. n. 7. Tertia con- clusio, si poena Ecclesiastica tantum esset prepara- toria ad poenam saecularem, ut quia delin- quens convictus & condemnatus de aliquo enor- mi, vel gravissimo crimine degradatur per iudicem Ecclesiasticum; & remittitur & traditur ius- titiae saeculari, illa poena non tollit aliam, imò tantum preparavit ad aliam, text. expressus in authent. de sanct. Episc. §. si vero crimen, coll. 9. & binocat Angel. Jacob. de Bellovisio & ceteri DD. text. in c. ad abolendam §. presenti de ha- reticis, textus in c. excommunicamus §. damnati eodem tit. textus in cap. ad falsarium, de crimine falso, textus in c. clericus 3. quaest. 4. text. in c. si quis sacerdotum, 11. quaest. 1. text. in c. cum non ab ho- mine, de iudicis, & utrobique communiter DD. & cum forma degradationis ponitur in c. novimus, de verb. signific. & in c. degradatio de pen. in 6. & istam sententiam & conclusionem ponit ex- pressè Anchar. in regula, ea qua, de reg. jur. in 6. 19. colum. vers. postremò notandum est. Quarta conclusio, si poena Ecclesiastica est ordinaria, & principaliter punitiva, tunc proprie est quaestio nostra, quae certè est valde dubia & necessaria: in qua resolutivè dico, quòd in atrocibus & gravis- simis delictis, in quibus per iudicem Ecclesiasti- cum non potest imponi competens poena, si sunt mixti fori, licet reus delinquentes sit punitus per iudicem Ecclesiasticum, illa poena non tollit poenam saecularem, imò poterit postea capi & puniri, poena ordinarià saeculari. Ita singulariter determinat Bald. in l. cunctos populos, C. de summa Trinit. & fide Cath. 7. colum. vers. modo circa hoc incidit talis quaest. de facto, & ibi Paulus de Cas- tro 2. col. n. 7. idem Bald. post Guil. & antiquos in l. placet, C. de sacros. E. clesi. fin. col. Abb. in l. 2. §. hoc edito, ff. vi bon. raptor. Abbas melius quam alibi in c. tua de procur. 2. colum. idem Ab- bas in c. de his, de accus. & ibi notabiliter Aretin. 3. colum. nam. 11. idem Abb. in c. cum sit generale, de foro compet. 1. col. m. n. 2. Anchar. in regula ea qua, de reg. jur. in 6. 17. col. 9. quaest. Anania in consil. qualiter & quando, el. 2. §. ad corrigendos, de accus. 7. colum. vers. praedicta, Felin. in dist. c. quòd olim de Judaet, idem Felin. in d. c. cum sit generale de foro compet. penult. colum. nam. 27. pro qua sententia & conclusione considero jura se- Argum. 1. quentia. Primò facit text. notabilis in l. 2. vers. fin. autem, C. de sponsis, ubi disponitur, quòd quando ex defectu jurisdictionis non potest im- poni poena competens delicti, tunc postquam sit imposita praedicta minor poena, recurritur ad alium iudicem, qui potest competentem & con- dignam poenam imponere: & ibi notat Cynus, Bald. & alii DD. Secundo facit textus in l. siquid Argum. 2. erit ff. de offic. procons. & legat. textus in leg. 3. §. cognoscit ff. de offic. praevigil. textus in authent. de sen. civil. §. audians, collat. 3. quibus probatur, quòd quando delictum est atrox & compe- tenter non potest puniri per legatum, vel iudicem

Concl. 3.

Concl. 4.

Argum. 1.

Argum. 2.

inferiorem, debet remitti delinquens ad iudicem majorem & superiorem. Tertio facit textus in argum. 8. authent. de sanct. Episc. §. si vero crimen, collat. 1. ubi iudex Ecclesiasticus cognovit de delicto gravi: & post degradationem remisit saeculari: quia non fuit sufficienter punitus; & ad hoc illum textum notat & reputat singulariter Roman. in l. 1. §. 1. ff. de oper. novi nunc. notat etiam Baldus post antiquos in l. placet, Cod. de sacros. Ecol. final. colum. Sed certè ille textus non probat; quia ibi non fuit reus delinquentes punitus per iudicem Ecclesiasticum, sed tantum degradatus, ut remitteretur iudici saeculari, & sic tantum loquitur in casu, quo poena erat preparatoria, quae nunquam tollit aliam; velut supra dixi, & sic superior sententia & conclusio non videtur bene fundata de jure: & faciliter potest teneri contrarium, & in terminis reperio, quòd contrariam sententiam & conclusionem tenet Hoff. in caps. tua, de procur. imò, quòd nullo modo postea iudex saecularis potest capere & punire delinquentem & idem tenet ibi Ant. de Butr. 2. col. num. 18. tenet etiam Ant. de Butr. melius quam alibi, in cap. 1. de offic. ord. fin. col. num. 26. & ibi Imol. fin. colum. Anania in cap. postulat, de Judaet. fin. colum. in fin. pro quibus aperte facit conclusio superior, in qua dixi, quòd quando per diversas leges diversae poenae imponuntur, una exacta & imposita, non potest imponi alia; dato, quòd minor sit imposita, quam supra fundavi, ergo ita dicamus hic, & illud videtur invincibile funda- mentum, & certè in hoc dubio & periculoso articulo studiosè cogitavi quid esset tenendum, & tandem cum deliberatione teneo primam con- clusionem, quae mihi videtur magis vera & com- munitis, pro qua facit text. expressus, & capitalis in c. felicis, §. per hoc quoque de penis, lib. 6. ubi text. post multas poenas quas imponit offendenti- bus Cardinalem, dicit, quòd per eas non intendit adimere facultatem iudicibus saecularibus, quominus possint procedere in illo delicto, & imponere poenas legales, & principaliter per illum text. sic inductum tenet istam conclusionem Abb. in dist. c. tua, de procur. ubi dicit, notatis semper illum textum, quia nescio alium aequè bonum in hac materia, & per illum textum tenent etiam principaliter Doctores in locis ubi supra; verumtamen est, quòd ad illum textum subtiliter potest responderi, quòd loquitur antequam illa poena imponatur per iudicem Ecclesiasti- cum; & sit sensus, quòd illud delictum sit mixti fori, & si capiatur prius à iudice saeculari, quòd possit secundum poenas legales puniri, quia non intendit summus Pontifex eas adimere per poenas illius capituli, sed non dicit textus quòd postquam fuerit punitus per iudicem Ecclesiasti- cum, iterum possit puniri per saecularem, & secundum istam subtilem responsum, & in- tellectum non facit ille textus pro superiori opinione communi, & certè istum intellectum cogitavi, & postea reperi posuisse, & ita intellexisse Aretin. in c. de his, 2. colum. in fin. de accusat. licet resideat cum superiori opinione nostra, sed certè si rectè inspiciantur verba illius text. in dicto §. per hoc quoque, junctis praecedentibus, aperte loquitur textus per poenam impositam à iudice Ecclesiastico, & ista est intentio, & mens illius text. & illum text. sic etiam intelligit de- fendendo opinionem communem Anton. de Bur- gos, in cap. 1. de emp. & vendit. penult. colum. prope finem, quem vide, & tenet Philippus De- cius in l. magistratibus, de iuris d. omn. iud. final. con-

Resolutio

lumn. in fin. nec placet intellectus Gloss. ibi, in dict. §. per hoc quare, quæ dicebat quod erat speciale in illo delicto, quia imò ex eadem ratione idem est in aliis delictis gravibus, & enormibus secundum prædictos Doctores, ubi supra, & ita refideo cum superiori communi opinione in hoc difficili, & quotidiano argumento idem esset à fortiori si reus delinquens esset in totum absolutus iudicio Ecclesiastico, quia iudex secularis postea capere, & punire, si cum reperiat culpabilem, ita solus Anchar. in dict. reg. ea que de reg. iur. in 6. 17. column. 9. question. prin. Si vetò prius fuisset captus, & punitus per iudicem sæcularem, quia illa semper censetur competens, gravius pœna ex qualitate jurisdictionis teneo abique dubio, quod amplius postea non possit puniri per iudicem Ecclesiasticum, argumento iurium supradictorum, & ita colligitur ex mente omnium Doctorum, quæ omnia perpetuò tene mente, quia sic alibi non reperies examinata.

41 Delictum notorium an indicatur forma & ordine iudiciali

Item quæro, si delictum est notorium, an indigeat accusatione, vel aliqua forma, & ordine iudiciali? pro cuius perfecta declaratio dico, quod delictum notorium est, quando quis occidit hominem, vel ei fecit injuriam, vel commisit quolibet aliud delictum publicè coram populo, vel majori parte ejus: ita, ut habeat facti evidentiâ, & negari probabiliter non possit, textus est in c. manifesta, 2. quest. 1. textus in cap. de manifesta, eadem causa, & quest. textus in cap. super eo de testibus cogendis, text. in l. ea quidem, c. de accusat. in qua lege tantum iudicium de delicto notorio, de quo loquimur, & non in alia parte juris civilis, secundum Bald. in autent. qui semel, Cod. quomodo, & quando iudex, 3. column. num. 13. licet Bart. in leg. ab accusatione, §. nunciatores, ff. ad Turpil. dicat, quod materia delicti notorii non habetur in nostro iure Civili, led tantum in iure Canonico & tale delictum dicitur notorium attendente qualitate loci, temporis, & numeri personarum, coram quibus commissum est, argumento text. in cap. sicut dignus de homicidio, & in leg. aut facta, ff. de penis, ita Specul. in tit. de notoriis criminibus, 2. column. n. 5. Dubium tamen est, circa numerum personarum quantum esse debeat, ut delictum dicatur notorium, & reperio duas opiniones diversas. Prima, quod ad minus requiratur numerus decem personarum, argumento text. in l. prætor ait, l. 2. vers. ut. turbam autem, ff. de honorum raptorum, ubi habetur, quod turba dicitur inter decem, vel plures homines, probat etiam text. in dict. cap. manifesta, 2. quest. 1. & ibi tenet Gloss. tenet etiam Cyn. in l. ea quidem, Cod. de accusat. 2. ordin. & ibi Salycet. 11. column. num. 84. & ante eos Petrus de bellapertica. Alia opinio est, quæ mihi videtur vera, & iudiciali, quod cum non sit à iure numerus personarum taxatus, relinquitur iudicis arbitrio, argumento text. in l. 1. §. 1. ff. de iure deliber. text. in l. coninus, §. cum ita, de verb. obligat. & istam opinionem tenet Joan. Andr. in cap. vestra, §. de cobab. cleric. & mulier. 4. column. prope finem, Card. 8. column. in prin. Abb. notat penult. col. num. 16. Hostiens. in cap. tua nos, eodem tit. 2. col. Spec. in tit. de not. crimine, §. fin. 2. column. n. 6. vers. quidam tamen, nald. in dict. l. ea quidem, Cod. de accusat. 4. column. num. 25. unde si delictum esset factum in platea publica, quæ esset capax populi vel majoris partis, non oportet dicere, nec articulare, quod fuit factum præsentibus pluribus, quia ratione loci hoc debet

42 Notorium delictum est attendente qualitate loci temporis & personarum. Dubium.

Turba quando dicitur.

præsumi, ita notabiliter determinat Ant. in dict. c. p. vestra, 30. column. num. 48. consilium tamen est quod iudex examinet plures testes, & sic majorem partem viciniam, ubi delictum esset commissum, ut clare constet de notorietate; ita Salyc. ubi super fin. column. in fin. Et magis in specie quero, qui effectus resultent ex hoc, quod aliquod delictum sit notorium, vel non? & resolutivè dico quod primus effectus est, quod non requiritur accusator, sed iudex potest ex officio procedere per viam inquisitionis, etiam in casibus, in quibus aliàs iudex non posset inquirere, & si interveniat accusator, non requiritur libellus, litis contestatio, juramentum de calumnia, neque alia solemnitas accusationis. Imò, quod magis est, nec requiritur probatio delicti, ista expressè probant prædicta iura per me superius allegata, & maxime probat ille text. in cap. tua nos, de cobab. cleric. & mulier. cuius verba sunt: Nos igitur consultationi tue taliter respondemus, quod si crimen eorum ita publicum est, ut merito debeat appellari notorium, in eo casu nec testes, nec accusator opus sunt, text. in cap. ad nostram, et 2. de iurejur. ibi, manifesta accusatione non indigemus, nec in eis ordo iudicialis observandus. Secundus effectus est, quia in delicto notorio potest procedi contra reum absentem contumacem, legitime citatum, licet secus sit in aliis delictis, argumento prædictorum iurium: & in terminis ita tenet Innoc. in dict. c. tua nos, de cobab. cleric. & mulier. pen. col. num. 10. & Anchar. in cap. vestra, et 1. tit. 5. col. n. 22.

Quæstio. Effect. 1.

Effect. 2.

Citatio tamen bene requiritur in hoc delicto notorio, & reus delinquens audiri debet, ut de sensio ei subtrahatur, argumento text. in c. Deus omnipotens, 2. quest. 1. text. in cap. si peccaverit, eod. caus. & quest. text. in capitulo, nos in quæstione, ead. caus. & quest. text. in leg. 2. C. de cursu, reor. text. in c. qualiter & quando el. 2. §. debet, de accus. text. in cap. cum inter, de except. text. in cap. 1. de caus. pos. & propr. text. in leg. prolatam, Cod. de sent. & inter l. omn. iud. text. in l. fin. C. de legib. text. in leg. actum inter heredes, ff. de pact. & in expresso ita tenet Gloss. ordinaria in cap. ad nostram, et 1. de iurejur. & ibi Innoc. Cardin. in cap. tua nos, de cobab. cleric. & mulier. & ibi Hostiens. & alii Doct. Joan. Andr. in c. vestra, et 1. 4. col. Card. 9. col. n. 9. Ant. 24. col. n. 39 & Specul. in tit. de notorio crimine, 3. col. n. 12. Bald. qui bene loquitur in l. cum fratrem, C. de his qui, ut indigni. Salyc. ubi dicit, hanc esse communem opinionem in l. ea quidem, C. de accus. 12. col. num. 86. Quod tamen limita, & intellige præterquam si scandalum, & præjudicium fieret republice ratione motæ, quia tunc etiam sine citatione, vel aliquo termino defensionis, posset iudex condemnare, & punire, & in terminis ita tenet Innoc. in d. cap. tua nos, de cobab. cleric. & mulier. 2. column. num. 5. & ibi Hostiens. 2. column. Joan. Andr. in dict. cap. vestra eodem tit. et 1. §. col. num. & ibi Anchar. 4. column. 22. requiritur etiam probatio delicti notorii, licet non formaliter, & solemniter forma, & ordine iudiciali servato, & termino probatorio per sententiam interlocutoriam assignato, sed simpliciter, & sine aliqua juris solemnitate probationem recipiendo, quæ quidem probatio, & liquidatio facti, & delicti notorii sit huiusmodi, quod saltem duo testes deponant de veritate, & essentia ipsius delicti, & ejus notorietate, dicendo vidisse delictum fieri, & publicè esse factum coram multitudine personarum, vel tali loco &

43 Citatio requiritur in delicto notorio.

Limita.

44 Probatio delicti notorii.

& tempore per quod sequitur, & resultet esse notorium, ita probatur, & colligitur ex mente prædictorum iurium, & confirmatur ratione, quia quando lex vel dispositio se fundat in aliqua qualitate, ante omnia oportet de ea constare, ut in l. ejus qui in provincia, vers. quoniam, ff. si cert. pet. & in leg. si servum, §. fin. ff. de action. empt. & in leg. Pomponius, §. fin. ff. de acquir. possess. & in leg. etiam, §. si quis absentis, ff. de per. hered. & in leg. si quis legatum, ff. ad legem Cornel. de Falc. text. in l. non ignorat. C. qui accus. non poss. & in l. in illa stipulatione si eadem, ff. de verborum oblig. & in leg. hoc iure, eodem tit. Sed quando delictum est notorium, & iudex se fundat in illa qualitate notorietatis, sequitur, quod ante omnia oportet de ea constare, & in expresso in materia nostra licet nemo licet declare, ita tenet Innoc. in dict. cap. tua nos, de cobab. cleric. & mulier. 1. column. & ibi Hostiens. 1. column. & sequuntur alii Doctores, tenet etiam Joan. Andr. in dict. c. vestra, eod. tit. 4. column. & ibi Card. 11. column. Anchar. antepen. column. Specul. in tit. de notorio crimine, §. fin. pen. column. num. 17. vers. test. Joan. Andr. & ceteri Doctores. in cap. Romana, §. si autem, de appel. in 6. Salyc. notabiliter in l. ea quidem, vers. quia propter, Cod. de accus. 14. column. num. 92. 6. quest. prin. Cod. de accus. 14. column. num. 92. 6. quest. prin. & 9. quest. vers. conclusio igitur, & ibi Jacob. Butr. in fin. Gandinus in tract. malef. 13. fol. in qu. quomodo de crimine cognoscatur, 3. column. Bonifac. in tract. malef. in tit. de notoriis criminibus, in fin. & ita debent intelligi omnia iura superius adducta, quæ genericè dicunt, quod nulla solemnitas, nec ordo iudicialis, nec probatio requiritur in delicto notorio. Similiter etiam requiritur sententia condemnatoria in delicto notorio: ita probat textus in c. propter de divorciis, & ibi tenent, sed non requiritur ferri in scriptis, nec cum alia juris solemnitate, a quo tenentur infra Doctores, & in terminis ita tenet Joan. Andr. in cap. ex parte, et 1. de verborum signifi. 2. column. & necessarium debet intelligi Innoc. ibi qui dicit, quod in delicto notorio non est necessaria sententia, quia debet intelligi, cum juris solemnitate: bene tamen requiritur, quod feratur sententia diffinitiva, ut dicunt Doctores, ubi supra, & voluit etiam idem Innocentius in cap. ad nostram et 3. de iurejur. in fin. Abb. in cap. vestra, §. de cobab. cleric. & mulier. fin. column. num. 18. idem Abbas in cap. fin. de confessis, 7. col. n. 28. Gloss. ordinaria in cap. evidentiâ, de accus. 1.

45 Sententia condemnatoria in delicto notorio.

46 Iudex in crimine notorio non potest reculari.

2. col. n. 4. Host. & Joan. Andr. in cap. specialis, eod. tit. ex quo datur notabilis declaratio ad l. 1. tit. de las recus. lib. 3. ordin. Postremò etiam dico, quod condemnatus in delicto notorio non potest appellare, imò non obstat appellacione potest iudex sententiam executioni mandare, ita probat textus notabilis in cap. cum sit Romana, §. fin. de appel. ibi nisi forte manifestus raptor, vel fornicator existat, & per eum ita tenet ibi Gloss. ordinaria, & text. in cap. pervenit, eodem tit. text. in cap. consuluit, et 1. eodem tit. & per illa iura istam conclusionem tenet. Gloss. in d. c. manifesta, in gloss. 1. in medio, & ibi Archid. & Doct. Gloss. in cap. vestra, de cobab. cleric. & mulier. in gloss. magna in medio, & ibi Joan. Andr. Card. antep. column. 50. quest. Innoc. in d. cap. tua nos, eod. tit. 2. col. & ibi Host. Specul. in tit. de not. crimine, §. fin. penult. col. vers. cum talis, n. 15.

47 Condemnatus in delicto notorio non potest appellare.

Quod tamen intellige, quando in sententia apparet, quod iudex condemnavit reum ut de crimine notorio: secus tamen est, si simpliciter condemnavit, ut quemlibet criminolum; nam tunc poterit reus condemnatus appellare, & iudex teneatur appellacioni deferre, argumento textus in cap. Romana, §. si autem de appel. lib. 6. per quem ita tenet Salycetus in dict. l. ea quidem vers. præter, fin. col. in fin. unum tamen est, quod si condemnatus appellavit, modò iudex expressè denegaverit appellacionem, modò taceat, potest iudex appellacionis inhibere iudicem à quo, ut sententiam non exequatur, licet ante inhibitionem bene posset eam iudex exequi, cum sit casus, in quo licet possit appellacionem denegare, iste est casus notabilis in iure in cap. Romana, §. si aut m. si sententiam, de appel. lib. 6. & ibi Gloss. ordinaria & finalis, Joan. Angel. & Doctores, facit etiam textus in cap. non solum, eodem tit. quod est bene notandum in practica; sed dubium est mihi notabile si in isto casu, vel simili, quo non sit licita appellatio, pars appellavit, & iudex à quo, desult appellacioni, & eam admisit; an possit talem confessionem revocare, & sententiam executioni mandare, de cuius veritate vide omnia infra.

Limita.

Dubium.

Item adde, quod idem est in delicto notorio, & facto commissio in presentia iudicis sedentis pro tribunali, quia illud dicitur merè notorium, cum ibi concurrat presentia iudicis, & aliorum: unde tunc poterit iudex procedere sine aliqua solemnitate iuris, ut in superiori notorio diximus, ita probant iura superius allegata, & ibi Doctores, imò quod magis, est hoc casu non requiritur aliqua probatio, vel depositio testium, processus, neque alia solemnitas, sed statim potest iudex delinquentem punire, ita singulariter determinat Gloss. ordinaria in c. Deus omnipotens, §. quando autem, 2. q. 1. in gloss. 1. cum qua transeunt, & in expresso istam conclusionem tenet Specul. in tit. de not. crimine, §. fin. 4. col. vers. nam quadam, n. 12. tenet etiam notabiliter Anton. de Butr. in d. c. vestra, §. de cobab. cleric. & mulier. pen. column. in finalibus verb. Hostiens. in cap. tua nos, eod. tit. 2. column. post medium, vers. sunt & qui dicunt. Salycetus notabiliter in d. leg. ea quidem; Cod. de accusat. vers. quia propter 13. column. fin. num. 19. vers. tertium dubium est. Confirmatur etiam, quia aspectus iudicis inducit sibi evidentem probationem, quoad decisionem causæ, textus est in leg. 2. in fin. ff. de seris, textus in leg. si irruptione, ad officium, ff. finium regundar. tex. in l. min. 25. ann. adito præfide, ff. de min. quod dupliciter potest exemplificari: Primò modo, quando quis commisit delictum in presentia iudicis, occidendo, vel offendendo aliquem. Secundo, quando

48 Crimen notorium quale.

in aliqua causa civili, vel criminali quis delinquit coram iudice, ut testis falsum testimonium dicat, vel pars falsos testes, vel probationes producat, vel notarius aliquid falsum subscribat, vel advocatus, vel procurator aliquem dolum committat, quia statim iudex eum punire poterit sine aliqua solemnitate, processu, vel probatione, etiamsi non fuerit suae jurisdictionis, textus est notabilis in leg. nullum, Cod. de testib. & ita disponit l. fin. tit. 18. §. 3. part. & ita potest intelligi l. 8. tit. 10. 4. fol. 100. tutius tamen erit etiam in his casibus, quod iudex recipiat probationes super tali delicto, ne aliquid possit imputari, & quia forte reus fecit ad suam defensionem, maxime cum talis probatio brevi tempore poterit fieri, unde ita consulo quod fiat, & ita videtur velle & consuleri Joan. And. in addit. ad Spec. in tit. de noto crimi. §. fin. n. 12. & Gloss. in d. l. fori, in gl. 20.

49 Iudex an possit ex officio procedere per viam inquisitionis? Item principaliter quæro, an iudex in delictis In quo articulo resolutivè dico, quod regulariter non potest iudex ex officio procedere, vel inquirere super aliquo delicto, nisi mediante legitimo accusatore, text. est in l. referip. §. si quis accusatorem, ff. de numer. & honor. Cujus verba sunt: Si quis accusatorem non habet, ab honoribus prohiberi non debet, quemadmodum non debet is, cuius accusator defuisset, & ibi notat Bart. Alb. & alii Doctores, antiquissimi, textus in leg. fin. ff. de in jus voc. & ibi notat Alber. & textus in cap. 1. de a cus. & ibi etiam Doct. Confirmatur auctoritate Domini Salvatoris nostri dicentis: Mulier, ubi sunt qui ve accusant & quod tamen intellige, quando iudex velit particulariter inquirere contra aliquid quem certam & determinatam personam: secus verò si velit generaliter inquirere de delictis, vel de aliquo delicto in genere, & in hac generali inquisitione reperiat aliquem culpabilem; nam tunc potest ad inquisitionem particularem & specialem descendere, & probato delicto reum condemnare & punire: textus est capitalis & expressus, qui sic debet intelligi in leg. congruit, ff. de officio presidis, & ibi tenet & notat Bartol. Alber. Bald. & text. in l. 4. §. 1. ff. ad legem Jul. pec. tenet etiam & declarat Bartol. in leg. 2. §. si publico, ff. de adult. 3. column. n. 5. & 9. Bald. in l. ea quidem, Cod. de accus. 7. column. & ibi Angel. 3. column. & alii Doctores. Anchar. in cap. quater & quando, el 2. de accus. 7. column. num. 38. Augustinus in add. An. de malef. in parte, hoc est quedam inquisitio, 2. fol. 4. column. vers. item quando iudex. Secundo etiam procedit inquisitio particularis contra certam & determinatam personam, quando præcessit denunciatio officialis publica ad hoc deputari, text. est in l. ea quidem, C. de acc. & ibi notat Gloss. ordinaria, Cyn. Bald. text. in l. divus Adrianus, ff. de custod. reor. & ita Bal. Alb. & per ista iura tenet Bar. in l. 2. §. si publico, ff. de adult. 2. col. n. 7. & adde, quod quilibet iudex vel civitas, quæ habeat merum imperium, potest creare tales officiales publicos, qui denunciant maleficia, ita probat textus in l. fin. ff. de offic. prefec. urbis, & ibi notat Bart. & DD. antiqui, textus in l. ea quidem, C. de accus. text. in l. ab accusatione, vers. nunciatores, ff. ad Turpil. textus in l. 2. Cod. de decur. & per ista iura tenet Bar. in l. 1. divus Adrianus, ff. de custod. reor. & ibi alii Doct. Ex quo subsinertur, quod iudex vel civitas poterit in territorio suæ jurisdictionis creare, & constituere certum, & determinatum fiscalem, & accusatorem publicum, qui accuset & prosequatur in iudicio maleficia, quando non est pars legi-

Nota. 1. De inquisitione particulari.

Nota. 2.

Nota. 3.

tima, quæ accuset, & eodem modo poterit iudex illum constituere in certa causa, & delicto particulari, si non sit constitutus generalis, & in terminis probat textus in leg. 2. Cod. de delat. & ibi notat Bart. Platea & alii DD.

Tertio procedit inquisitio particularis quando delictum est notorium, ut si quis occidit hominem vel aliud delictum fecit publice coram populo, vel majori parte ejus, vel in præsentia iudicis sedentis pro tribunali, taliter quod habeat facti evidentiam, text. est in l. ea quidem, vers. verum, C. de accus. text. in c. de manifesta. 2. §. 1. text. in c. de manifestat. ead. causa, & quest. text. in cap. quo Latharius, §. manifestat. ead. caus. & 9. text. in c. Deus omnipotens §. quando autem, ead. causa, & quest. text. in c. nos, de cohob. cleric. & mulier. textus in cap. vestra, eodem titulo, & utrobique Doctores.

Quarto procedit inquisitio, quando in aliqua causa civili, vel criminali quis delinquit coram iudice, ut si testis falsum testimonium dicat, vel pars falsos testes producat, vel tabellio falsitatem committat, vel advocatus vel procurator dolum, vel fraudem perpetret, quia tunc iudex potest ex officio sine accusatore contra eum inquirere, & punire, text. est in leg. nullum, Cod. de testibus, text. in l. penult. Cod. qui accus. non poss. text. in l. 1. C. de calum. & utrobique communiter Doct. & ita tenet Bart. in dist. l. 2. §. si publico, ff. de adult. 4. col. n. 10. vers. quarta regula est, & ibi communiter Doct. Quinto procedit inquisitio in delicto enormi gravissimo, puta hæresis, majestatis, falsæ monete, contra naturam, vel simili, text. est in l. manicheos Cod. de heret. text. in l. lapidatorem, Cod. de opif. text. in l. nemo la 2. Cod. de iudiciis, textus in l. 1. Cod. de falsa moneta, utrobique Doctores tenet etiam Bart. in d. l. 2. §. si publico, ff. de adult. 4. column. n. 11. vers. quinta regula est. Spec. in titulo de inquisitione, §. quando autem, 1. column. vers. duodecim, Bald. in leg. ea quidem, Cod. de accus. 7. column. in fine. & ibi alii Doctores.

Sexto procedit inquisitio, quando delictum committitur in Ecclesia contra Ecclesiasticas personas, text. est in l. si quis in hoc genus, Cod. de Episc. & cler. & ibi notat Cyn. Petrus, Jac. Bart. Alber. text. in cap. in primis, §. si quis, 2. §. 1. text. in l. 4. §. 1. ff. ad l. Jul. pec. & tenet Spec. in titulo de inquisitione, §. quando autem 1. column. vers. 4. si quis. Bart. in d. l. 2. §. si publico, ff. de adult. 4. col. num. 11.

Septimo procedit inquisitio in delicto occulto proditorie commisso, ita probat textus in leg. ad Syllan. & in §. occ. serm. & iudicem leg. & tenet Spec. in titulo de inquisitione, §. quando autem.

Octavo procedit inquisitio, quando delictum jam provenit in notitiam iudicis per accusationem de eo formatam, & accusator delinquit, vel mortuus est, quia tunc iudex potest inquirere & ex officio procedere, & punire, textus est in l. 2. Cod. de abol. & ibi Gloss. ordinaria & text. in l. pen. ff. de publ. iud. & ibi Bart. tenet etiam Specul. in tit. de inquisitione, §. 1. vers. secundo si accusator.

Nono, & finaliter dico, licet nulla præcedente fama, vel indicio non possit iudex ex officio procedere, vel inquirere aliquam certam, & particularem personam, ut in iuribus primis supra allegatis, quibus probatur, quod in delictis iudex non potest sine accusatore procedere, & ne quis sine causa de aliquo delicto diffametur, ut lumpsus & expensæ litis evitentur, præcedente tamen fama, vel indicio, & presumptionibus delicti, bene potest iudex in quolibet delicto procedere ex officio per viam inquisitionis contra quamlibet personam particularem per sequentia.

Primo, quia regulariter de quolibet delicto est

Nota. 2.

Nota. 4.

Nota. 5.

Nota. 6.

Nota. 7.

Nota. 8.

Nota. 9.

permissa accusatio, ergo & inquisitio, cum ejus loco succedat, & subiogetur, argumento text. in l. pen. ff. de publ. iud. text. in l. 2. Cod. de abol. text. in l. avus l. 2. ff. de custod. reor. quam ad hoc dicit ibi Alber. alibi non reperiri: text. in l. 1. Cod. de custod. reor. text. in cap. qualiter, & quando, el 2. vers. ad corrigendos, de accus. text. in cap. el. licet de simonia, & ibi Doctores.

Secundo quia in quolibet delicto habeat locum generalis inquisitio, ut in l. congruis, ff. de offic. prefec. cum similib. Sed illa non fit nisi ad effectum defendendi ad particularem inquisitionem, ergo bene sequitur, quod indistincte habeat locum particularis inquisitio præcedente formâ vel indicio.

Tertio & similiter facit text. notabilis & expressus in auctoritate collatoribus, §. jubemus, & fin. coll. 9 ubi genericè disponitur, quod iudex possit inquirere & punire de quolibet delicto, & in expresso istam sententiam & conclusionem tenet Salyc. in l. ea quidem, C. de accus. 3. column. num. 46. & ante eum ibi Faber in breviario, 4. column. & dicit ibi Alb. quod ita de consuetudine servatur, & cerè in nostro regno ita praticatur, tenet etiam Faber in §. 1. Instit. de publ. iud. 2. column. vers. satis potest dici. Joan. Andr. in cap. felicit, de penit. lib. 6. in novella 3. column. ubi dicit, & hodie est generale in omni delicto ut iudex possit inquirere & punire: tenet etiam Gandinus in tract. malef. fol. 6. §. 5. column. in quest. illa, quomodo de maleficio cognoscatur; ubi etiam dicit, quod ita observant iudices de consuetudine, quod sequor & extendo, ut procedat & habeat locum nedum in delictis publicis, sed etiam in privatis, ut est de mente prædictorum iurum, & Doctorum in locis ubi supra: adde tamen, quod si non præcedente fama, vel indicio iudex procedat inquirere ex officio contra aliquem, saltem tenebitur prædictus iudex ad expensas, quæ possunt ab eo tempore syndicatûs, ita notabiliter Salyc. in dist. leg. ea quidem, C. de accus. 8. column. n. 66.

Item quæro, an in inquisitione, quando iudex procedit ex officio, requiritur solemnitas requisita in accusatione, scilicet annus, mensis, locus, & alie solemnitates, quæ ponuntur in leg. libellorum, ff. de accusat. & breviter dico, quod sic, quia cum inquisitio succedat loco accusationis, ut in l. penult. ff. de publ. iud. & in l. congruis, ff. de offic. prefec. & in l. divus, la 2. ff. de custod. reor. sequitur, quod eadem solemnitas debet in ea intervenire, & in expresso ita tenet Jacob Buttr. in §. 1. Instit. de action. Bartol. in l. 2. §. si publico, ff. de adult. 4. column. num. 12. Bald. in l. ea quidem, C. de accus. antepen. column. n. 58. & ibi Salyc. 5. column. num. 55. inscriptio tamen ad penam talionis non requiritur, quia propter officium cessat omnis dolosa suspicio, ut in l. 1. vers. fin. ff. de offic. prefec. prior. & in l. fin. Cod. ad leg. Jul. reor. ita probat text. in dist. l. ea quidem, Cod. de accus. & ibi Gloss. ordinaria, & tenet Bart. in dist. l. 2. §. si publico, ff. de adult. 4. column. num. 12. Sed certè quoad me verior videretur opinio, quod nulla requiratur solemnitas, per text. cui non potest responderi in dist. l. ea quidem, Cod. de accusat. cuius verba sunt: Ea quidem, quæ pro officium prædictis denunciat, & circa solemnitas accusationum posse perpendi incognitum non est. Confirmatur prædictâ ratione, quia procedit iudex ex necessitate officii, & adde pro perfecta declaratione hujus articuli, quod proponit inquisitionis ex officio iudicis, si resulaverit probatio saltem summaria, vel iudicium, statim incarcerationibus reus,

& iudex recipiet ab eo juramentum, iuxta l. 4. tit. 29. 7. part. & dabitur ei copia inquisitionis, & per interlocutoriam assignabit ei iudex terminum probationis suo arbitrio, infra quem produceret etiam iudex testes receptos in summaria informatione, ut citatâ parte ratificent dicta sua, & etiam poterit alios de novo producere, & termino probatorio transacto fiet publicatio, & dabitur reo delinquenti copia probationum, & depositionum testium, ut possit dicere, & allegare quod velit contra personas eorum, vel quamlibet etiam iustam defensionem in ipsa causa, & negotio principali, & concludetur in causa, & postea iudex pronuntiabit sententiam diffinitivam, absolvendo, si nulla reperitur concludens probatio, vel condemnando, si plene sit probatum, vel pronuntiabit reum esse torquendum, si reperitur femiplene probatum, vel aliqua indicia sufficientia, sicut quando iudex procedere per viam accusationis, & in effectu istam praticam, & doctrinam probat text. in cap. quali er, & quando, el 2. vers. debet, de accus. & ibi Doctores. tenet etiam Spec. in tit. de inquisitione, §. visio igitur, 3. column. vers. si autem, quod certè reputo valde notabile, & utilissimum in practica.

Item quæro, si eo casu, quod iudex procedit ex officio per viam inquisitionis reperiat plene probatum delictum, an possit & teneatur iudex imponere penam ordinariam delicti? & breviter teneo, & concludo quod sic, ita probat, text. formalis & expressus in l. 2. vers. 1. Cod. de abol. cuius verba sunt: Sed ad verius nocentem reum inquisitione factâ, pena competenti ingeratur, & ibi notat & commendat Cyn. Alber. Salyc. & probat etiam text. in l. 4. in fin. Cod. de sepul. viol. ibi, & prout quisque deliquerit animadvertent, & illum ad hoc notat Bald. in d. l. ea quidem, Cod. de accusat. antepen. column. n. 57. Secus tamen est de iure canonico, quia delinquens mitius punitur, quando proceditur per viam inquisitionis, textus est ben notandus in cap. inquisitionis, an fin. de accusat. & ibi notat Abb. 1. column. & 1. notabili. Felin. 2. column. 3. notabili, Abbas in cap. qualiter & quando, el 2. eodem tit. 4. column. n. 20. Anchar. ibi, 2. col. Anania 2. col. 2. Felin. 2. column. 3. notab. Quod tamen limita, & intellige, nisi delictum probetur per confessionem partis, vel nisi delictum sit notorium, quia tunc etiam de iure canonico imponitur pena ordinaria ita Innoc. in d. c. qualiter & quando, el 2. de accusat. quod sequitur & reputat ibi singulare Abb. 4. column. quem omnino vide.

Item quæro; an civitas vel universitas possit delinquere & puniri? & videtur quod non. Primo, quia civitas vel universitas est nomen juris & non habet animum, nec intellectum, sed est unum corpus & quedam persona representatum per auctores & gubernatores, text. est in l. 1. §. quibus, ff. quod cuiusque suo, not. a. text. in l. 2. eodem tit. text. in l. sicut, §. fin. eodem tit. text. in l. an usufructus, ff. de fideiussor. ibi, quia hæreditas defuncti vice fungitur, sicut municipium, & curia & societas, & ibi notat Alberic. textus in l. si quis in suo, §. fin. Cod. de inoffic. testam. text. us in cap. novit, in prime. de his que sunt à prelat. sine consens. capitul. sed carens animo, & intellectu non potest delinquere nec puniri, ut in l. 1. §. si quadr. pan. per. fec. dica. ibi, nec enim dici potest animal in iuriam fecisse quod sensu careat, text. in l. infans, dicitur factâ ad l. Corn. de fidei. text. in l. si p. m. §. fin. ff. ad l. cere.

Judex quando teneatur imponere penam ordinariam.

Limita

Civitas vel universitas an possit delinquere & puniri.

Ratio conclus.

Animal in iuriam non dicitur factâ ad l. cere.